



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Ethicæ Doctrinæ Elementa, Et Enarratio Libri quinti
Ethicorum**

Melanchthon, Philipp

Witebergæ, 1583

VD16 ZV 20638

De Tertia Qvæstione. An omnes affectus ex natura tollendi sint?

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56560](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56560)

Hum, propter Filium, &c, iam facile est expli-
care dicta, qua videntur omnes affectus damna-
re, ut, Sensus carnis inmensitas est aduersus De-
um, id est, affectus aut per sese, aut per accidens
iniqui sunt in homine, qui non regitur luce ver-
bi Dei, i amore Dei, fide & dilectione Dei.

Obiectio 3.
Rom. 8. cap

DE TERTIA
QUESTIONE.

An omnes affectus ex natura
tollendi sint?

De hac questione facile iudicari potest, ex
priori responsione. Cum enim dictum sit, praecepti
a Deo, ut sint in nobis affectus congruentes le-
gi Dei, & aliqui tales conditi sint in natura di-
uinitus, ut σοφῶν, manifestum est, nec debere
nec posse tolli tales affectus ex hominum natura.
Quare perspicuum est, Stoicam ἀπάθεια, com-
menticiam, falsam, & reijciendam esse.

Responsio.

inidolentiam,
cuiusdam affectus

abolitio nulli
affectuum

Hac prolixè declarari possunt sumtis argu-
mentis a lege Dei, & ab ipso naturæ humanae
specie, ac lex quidem reuera descriptio est opi-
sui naturæ hominum, & imaginis Dei in homi-
ne. Talis esset natura hominis si non deprauata
esset. Esset in ea verum incendium horum affe-
ctuum: Diliges Dominum Deum tuum ex toto
corde. Item: Diliges proximum sicut teipsum. Et
talis

Confirmatio
probat, si probat
est affectus tot
cor etc.

talis fuit natura in filio Dei, nato ex virgine, etiam in hac vita mortali & in nobis in celesti vita talis erit natura, & nunc in renatis initia sunt talium affectuum, ut scintilla,

Deinde manifestum est ex Physicis oportere appetitiones esse in animalibus, ut famem, sitim, & organa ad has appetitiones condita sunt. Præterea & in hominibus inestitia destruit naturam, & e contra vitæ conservatio læticia quædam est. Ideo nequaquam ex hominibus tolli possunt aut debent affectus. Denique totum illud deliramentum Stoicum, de tollendis affectibus, vanissimum somnium & mendacium est, pugnant cum lege Dei & cum natura.

Sciamus autem bonos affectus, esse motus cordis & voluntatis, congruentes cum lege Dei, seu recta ratione, & hos fovendos esse, & rectè regendos, & intra metas sui ordinis reverendos, ut Abraham magis diligit Deum, quam Filium Isaac. Econtra mali affectus sunt, pugnant cum lege Dei, seu recta ratione, Et hoc reprimi & coerceri oportet, sicut Paulus dicit: *Ro. 8* Si Spiritu actiones carnis mortificabitis, eruditissimè autem & planissimè distinguuntur boni & mali affectus, sumto discrimine à lege Dei, Vnde autem sit hæc depravatio in homine, ut confusio sit in hac mortali natura bonorum & mali

Gen: 22.

PHILOS. MORAL. 67

malorum affectuum, id in doctrina Ecclesie traditur, a qua declaratio longior petenda est.

Quid sentit Aristoteles?

BONUM iuxta doctrinam Ecclesie, est res condita a Deo, congruens ad ordinem in mente divina, & ordinata ad finem aliquem, hoc est, ad conservationem speciei. Ideo dictum est, Gen. 1.

ordis a Deo Boni.

Vidit omnia que fecit, & erant valde bona id est, ab ipso ordinata, placenta ei & destinata ad fines bonos. Errat autem Philosophia sine deo

Artis Angli

anima celesti existimans omnia, que nunc in natura hominis cernit, ut errantes appetitiones & mortem, sic condita & ordinata esse. Ideo Aris

Approbate gnu a

Appetitiones Fin

loci

stoteles, quanquam videt dissimiles esse affectus in homine, alios cum ratione congruentes alios pugnantes, tamen initio omnes esse motus naturales, & indifferentes iudicat.

affectus q st ap

ditiones apphant

extirpani nom

Sed doctrina Ecclesie discrimen ostendit, que docet, qui sint affectus conditi & ordinati in natura hominis, & qui non sint conditi. Aristoteles

ga igno rami

lappu pariti

autem hoc discrimen ignorans, genus appetitio- num intuetur, & quod ad genus attinet, recte sentit, oportere in animantibus appetitiones esse,

ut famem sitim, dolorem. Quia hi motus incitant ad querendum pabulum & potum, & ad fugienda ea, que naturam destruunt. Sed de ge-

neri loquens, cogitat oportere in cordibus esse laticia